Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Et misi sunt ad iohannem;
ut interrogarent eum.
Tu quis es? Et confessus
est: et non negauit. Et confes-
sus est: quia non sum ego xpc.
Et interrogauerunt eum. Quid
ergo? Helias es tu? Et
dicit. Non sum. Propha
etha? Et respondit. Non.
Dixerunt ergo ei. Quis
es: ut responsum demus
his qui miserunt nos?
Quid dicis de te ipso? Ait.
Ego uox clamantis in
deserto: dirigite uiam do-
mini sicut dixit ysaias
propheta. Et qui missi
fuerant erant ex pharise-
is. Et interrogauerunt eum

et dixerunt ei. Quid ergo
baptizas si tu non es xpc.
neque helyas. neque propheta?
Respondit eis iohannes
dicens. Ego baptizo in
aqua; medius autem stat
nunc quem uos nes-
citis. Ipse est qui post me
ueniens est qui ante me
factus est. cuius non sum
dignus ut soluam eius
corrigiam calciamenti.
Hec in bethania facta sunt
trans iordanem ubi erat
iohannes baptizans off.
Aue maria gratia plena do-
minus tecum benedicta tu in
mulieribus et benedictus ueniens fructus
Sacrificium sere tu.